

12

# DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D.

# CORRADO IN CAVSA

Hispalen. Decimarum.

Mercurij 26. Junij 1647.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apostol. M. DC. XLVII.

SUPERIORVM PERMISSV.

ОДНОГО

АИКЕНАРТ

1811 г. № 1

ОДНЯЯ

А З А С Н И

Издано в

Борисоглебске



САНКТ-ПЕТЕРБУРГЪ. ПЕЧАТЬ КОМПАНИИ ПОДЪ РЕДАЦІІЮ



TETEDENTES. Summi Pontifices  
Pauli III. & Pius IV. S. M. multiplices  
& vberes animarum fructus, quos Venerab.  
Societas IESV. visque ab eius orientis In-  
stitutionis initio in Populo Christiano in  
dios producebat, dignum censuerat,  
vnulli plura concederentur privilegia, in-  
ter quæ illud specialiter recenseretur, ut de  
domibus, Collegijs, ac prædijs, bonis  
alijsq. locis eisdem socijs iuxta eorum videndi institutum haberi  
concessis Decimâ aliquâ etiam Papalem soluere, seu canonica  
portionem exhibere &c. nô teneatur &c. Eamdemq. Societa-  
tem, Domos, Collegias, & bona quæcunque à quibusuis De-  
cimis etiam Papalibus, prædialibus, & personalibus &c. alijsq.  
ordinariis oneribus &c. plenissimè liberarunt, & exemerunt,  
vt constat ex litteris Apostolicis Pauli. Incip. Licit debi-  
tum Pastoralis officij. Dat. xv. Kal. Nouembris anno 1549.  
in vers. concedentes ipsis socijs Buliar. par. 1. inter Constitu-  
tiones illius Pontificis. 48. & in alijs Pij sub die 19. Augusti  
1561. Incip. Exponi nuper fecisti. vers. & nihilominus pro  
potiori cautela. in libro Priuilegiorum d. Societatis fol. 87. &  
seq. Quas de indè confirmauit S. M. Greg. XIII. cum expressa  
derogatione Decreti Lateranen. Concilii relati in cap. Nuper  
extr. de Decim. alijsq litteris Incip. Pastoralis officij cura. sub  
die 1. Ianuarij 1578. Bullar. par. 2. Constitut. 61. Verum ex-  
ortis tractu temporum litibus, ac controversijs inter Venerab.  
Capitula Metropolitan. & Cathedralium, ac Rectores Par-  
rochialium Ecclesiarum, ex vna, & Religiosos præfatae So-  
cietatis in Regnis Castella, & Legionis super interpretatio-  
ne, ac vsu dictorum Priuilegiorum. Leo XI. S. mem. præ-  
missa earum narratione, ac dd. Priuilegiorum tenore, illas  
ad se auocauit, & terminauit eius Decreto, quo iussit in po-  
sterum solui per Societatem, eiusque Domus, ac Collegia,  
& loca quæcunque in eisdem Regnis existentia illis Ecclesijs,  
quibus alsoquin circumscripitis dictis Priuilegjs Decima soluenda  
era, eius loco vigeisman omnium fructuum, & animalium, que  
de ture, vel consuetuina decimari consueverant, ex quibuscunq.  
bonis prædictis Religiosis tunc obuentis, ac deinceps ex lar-  
gitione fidelium, vel alijs lucratius titulis obueniendis. Ex  
alijs verò emendis, vel ab extraneis conducendis integrum

**Decimam.** Exceptis ab hac præstatione Hortis, sicut Viridarijs, penes eorum Domus, sicut Collegia, ac uno prædiolo in Agro pro singulis Domibus, sicut Collegijs mensuram quatuor fūnegarum illarum partium non excedente. Salutis tamen quibuscunque concordijs, sicut transactionibus inter partes initis quas in suo robore permanere voluit, ut legitur in eius litteris. Incipit Apostolici muneris debitum exposcit. sub die 23. Aprilis anno 1605. quæ postea per San. mem. Greg. XV. moderata, ad pristinum tenorem restituæ fuerunt per San. mem. Vrban. VIII. similibus litteris. Incipit Alias à fel. rec. Leone Papa XI. sub die 29. Novembris 1623. Quare institutis de anno 1625. pro parte Venetab. Capitoli Ecclesiæ Archiepiscopalis Hispalen. generalem, & perpetuam habentis ad ministracionem reddituum, & Decimarum illius mense vice Archiepiscopi vniuersaljs Parochi in ea Dioecesi, nouis Iudicijis primum super executione dictarum litterarum Leonis XI. dedidè super manuentione coram Illustrissimo Hispaniarum Nuncio contra Religiosos, & Collegia dictæ Societatis in illis partibus existentia, Pro quibus adducebatur ea quide peculiaria priuilegia; ex prænarratis Pontificijs Constitutio- nibus ipsis concessa, quorum vigore quæcumq. eorum bona, etiam alijs locata, immo, & ab extraneis conducta prætende- bantur esse mpta, suisse præfatis Leonis litteris abrogata; Sed non suisse sublatum ius ipsis communiter cum ceteris mendicantium Ordinibus competens ex immemorabili eiusdem Dioecesis consuetudine, qua præseruantur ab eiusmodi præ- statione immunita, quæ proprijs manib, vel sumptibus ex- coluntur. Hisq. omnibus ad Rotam delatis vigore Commissionis directæ bo. mem. Coccino, fuit negata Capitulo manu- tentio prævia Decisione die 26. Novembris 1635. Ac subinde in prosecutione negotij principalis Coram me in causis illius subrogato. Domini die 1. Februarij 1644. mandarunt dati dubium. An, & in quibus litteræ Apostolicæ suffragen- tur Capitulo. Interea verò, quia pro Collegijs fuerant exhibiti Articuli ad effectum probandi allegatam consuetudinem immemorabilem, perebanturq. litteræ Remissoriales ad partes, quas Informantes pro Capitulo contendebant. Vo- luerunt super his prius disputari.

Proprieto itaque pluries Articulo, eoque maturè discusso. Hodie fuit resolutum concedendam esse Remissoriam. Quia Deci- marum

marum causa tenuetur ad hunc effectum ex sententia Rotæ ad  
instar profanæ sicut aliae quæcunque in quibus non agitur de  
titulo beneficij iux. decif. Pust. 324. in fin. vers. & quia eramus.  
lib. 2. in corrēct. Veral. decif. 99. par. 1. & penes s. me. Gregor. dec.  
174. & decif. 403. sub num. 1. & seq. ac in recent. decif. 677. sub  
num. 1. par. 1. & decif. 183. num. 1. vers. & versam. par. 3. & in  
aliis infr. citat. Ideoque data relevantia materiae articulatæ,  
(etiam non concurrente veritatis sumo) negari non potest ad  
l. Iudices. C. de Iud. l. Iudices cum Auctib. seq. C. de fid. Instr. c. fin.  
30. queß. 5. Pust. decif. 212. num. 3. vers. quia in materia profana  
lib. 1. in corrēct. Veral. decif. 68. a num. 7. par. 3. C. eſ. de Graff. dec.  
1. a num. 8. vers. maior tamen pars. & seq. de dilat. & decif. 102.  
num. 1. vers. mosebantur Domini. par. 1. divers. & penes bon. mem.  
Card. Mansic. decif. 374. num. 2. uers. In profanis autem. & seq.  
ac San. mem. Gregor. decif. 124. num. 1. & d. decif. 174. sub nu. 2.  
uers. & in profanis. ac decif. 191. num. 2. vers. & sumus in profa-  
nis. ac d. decif. 403. num. 3. uers. in profanis autem Card. Caualer.  
decif. 250. num. 1. uers. nam causa Burate. decif. 656. num. 1. Reue-  
rendiss. Vrgellen. decif. 35. num. 1. & in recent. decif. 277. num. 1.  
& seq. & decif. 389. sub num. 1. par. 3. & decif. 256. nu. 1. uers. Hac  
enim par. 4. tom. 2.

Relevantia vero ex eo deducitur. Quia probata immemorabili  
quilibet legitimus, & validissimus titulus à Collegiis adduci  
potest pro defensione prætense exemptionis ab huiusmodi  
Decimorum solutione iux. gloss. fin. in cap. in aliquibus uers. quia  
Clerici, vel ecclesia, extr. de decim. Rot. penes Crescent. decif. 1. n. 2.  
uers. & ad hoc probandum, et seq. de Decim. ac in Valent. Decim.  
de Gandia 23. Februarij 1601. coram bo. me. Card. Seraph. & in  
proprijs terminis hac ratione fuit resolutum constare de rele-  
vantia Articulorum ad effectum concedenda Remissorie, li-  
cet alia priuilegia exhibita fuissent prius reprobata in Toleta-  
na Decimar. 27. Iunij 1608. coram Oremberg. iij. His tamen no  
obstantibus. ac seq. & in Tiraſon. Decimaru. 24. May 1610. coram  
bon. mem. Tironian. relata post secundum uol. conf. Crimin. Ferinac.  
decif 303. in Vallentin. Decimar. 21. Iunij 1613. coram Cardin.  
Caualer. decif. 258. in Legionen. Decimorum. 22. Maii 1615. co-  
ram bo. mem. Manzane. in recent. d. decif. 677. num. 4. uers. Vite-  
rius et seq. par. 1. et in Toletan. Decim. 4. Decembri eiusdem anni  
coram bon. mem. Seleugien. decif. 715. sub num. 1. et seq. par. 3. Ea-  
rumdem.

Nec obstat, quod Articuli non fuerint recte formati super immemorabile cum coarctatione negatiꝫ.

Quia contrarium apparet ex eorum lectura, & præsertim primi continentis in effectu omnia requisita gloss. in cap. final. in verb. memoria de Preser. in 6. quibus illa bene probatur 1. si arbiter. ff. de Probae. P. Rebuff. de decim. quæst. 13. à numer. 94. uers. quero quomodo probatur & seqq. Mislinger. obseru. 30. num. 5. uers. quomo- do ansem probanda sit cent. 2. Decian. consil. 51. sub num. 35. uers. Aliquando intendit quis probare uol. 2. Rot. penes San. mem. Greg. decis. 196. et in recent. decis. 445. sub numero. 1. & seqq. par. 1. ac decis. 360. num. 13. uers. sexto par. 2. ac decis. 432. sub nu. 1. uers. ex motu fuerunt par. 3. Eaque possunt etiam per testes in eorum dictis, atque rationibus clariꝫ explicari iux. tradit. per specul. in tit. de teste. S. 1. sub num. 63. uers. quid ergo. iunctio uers. sed dic ualere et sub num. 65. Felin. in consil. 2. sub num 35. uers. sic promis- to secundo, et alios refere. Farinacc. de testib. q. 71. sub num. 1. et 31. in 7. et 8. limitatione, & sicut nupèr dictum in Mediolanen.

Prioratus 27. Maij præteriti coram me. in 8. Præterea non obstat. Minus obstat, quod non fuerit in eis deductum Decimas fuisse ex parte Capituli petitas, atque à Collegijs negatas, eiusmodi q. negationi Capitulum acquieuisse, quæ videntur necessaria ad effectum acquirendi libertatem ab huiusmodi præstationi- bus.

Quoniam hæc non requiruntur ubi agitur de consuetudine, seu præscriptione immemorabili, in his præsertim, quæ alteri cō- petunt per modum iuris; Näm illa vim haber tituli, ac con- cessionis expresa eiusmodi adminiculis non egerat, quæ si necessaria forent ex tanti temporis lapſu prælumerentur. In modo illorum probatio eius essentia prorsus repugnat cum præse- rant, & includant per necesse initium actus, quod destituit immemorabilem. Oldrad. consil. 254. Quia tota pars sub nu. 15. uers. tertio opponitur Cranet. consil. 111. a nu. 21. uers. non obstat di- illum Alex. &c. et seqq. usq. ad fin. et consil. 775 sub nu. 8. uers. non obstat necessariam interpellationem. Nast. consil. 446. sub nu. 15. uers. Nec est uera. Purpurat. consil. 536. num. 11. uers. & stante ti- tulo præsumpto ac seq. Decian. d. consil. 51. sub d. nu. 35. vers. Ali- quando intendit quis probare & seq. lib. 2. Menoch. consil. 234. sub num. 32. vers. Alia vero requisita. & seq. & consil. 525. num. 10. vers. quia quod attinet ad primum. Iosef. Lud. decis. 106. sub nu. 4. uers. nec obstat. & seq. Gasp. Ant. Thesanc. queſt. forens. lib. 1. q. 8. nu. 9.

numer. 91. vers. Tertius ob casus & fuit responsum in Nonad-  
zulana Bonorum 18. & 22. Martii 1591. coram bon. mem. Cardin.  
Manic. in S. neq; obstat quod si aduersus hanc facultatem & seqq.  
usque ad fin.

Deinde non obstat, quod praedicta consuetudo sit improbabilis,  
Tum inspecto tempore litium, de quibus sit mentio in litteris  
sancti mem. Leonis XI. de anno 1602 (vt assertur) incepatur,  
ideoque in praesentia verisimiliter non reperiantur testes in  
estate quinquaginta quatuor annorum tunc constituti, qui  
eam legitimè probare possint; Tum etiam stantibus contra-  
rijs actibus pro Capitulo adductis illam prorsus elidentibus.  
Quia (prætermis alijs) tempus illarū litium (quæ ceptæ fuerunt  
super solis priuilegijs particularibus Societatis, ut attestatur  
Rota in Carthaginen. Decimorum 16. Februario 1615. coram Se-  
leucien. in recent. decisi. 645. num. 4. vers. considerarunt etiam Do-  
mini par. 3.) in praesentia considerari non debet, tum quia fue-  
runt prorsus extinde, ac terminatae vigore praedictarum lit-  
terarum Sanct. mem. Leonis de anno 1605. ad tez. in cap. I.  
extr. de transact. Sarnens ad Reg. de Iur. que sit non tollend. q. 7.  
Valenzuel. conf. 85. num. 19. vers. maxime, & conf. 51. num. 16.  
vers. maxime; Tum quia in eis actum fuit de iure particulari  
priuilegio ū Societatis, non autem vniuersali Mendicanti um  
omnium communi, de quo modò contenditur Rota penes Puth  
decisi. 348. vers. sed in causa nostra lib. 2. n. correct. & in Bonon. d.  
Maiorij 16. Maij 1588. coram bon. mem. Plato in S. nec obstat  
ac sancti mem. Gregor. decisi. 403. sub num. 5. vers. nec potest dici;  
& seq. & fuit resolutum in Illerden. Decimorum 16. Decembrio  
1639. coram bon. mem. Pirouano. Sed attendendum est tempus  
huius Iudicii instituti de anno 1615. super eiusdem Brevis in-  
terpretatione, ac dicta Consuetudinis relevantia, ut appareat  
ex ipso Processo, de quo testes plures iusta eratis, ac bene in-  
formati possunt facilè reperiri.

Actus autem contrarii pro parte Capituli deducti ex sententia bon.  
mem. Alex. Iunij in Burgen. Decim. pro Capitul. Burgen. contra  
Moniales Beatae Marie de las Huergas Ordin. Cistercien. anno  
1558. 6. Iulij. Et alia bon. mem. Oran. in Carthaginen. Decimorum  
de Murcia pro Episcopo & Capitulo Carthaginen. contra  
Moniales S. Antonij de Padua Ferti; Ordinis S. Francisci an-  
no 1593. 10. Decembrio prævia Decisione 19. Nouembris  
eiusdem anni. Ac alia bon. mem. Penit. in Carthaginen. Decim.

Inter eumdem Episcop. & Cap. Carthaginens. ac Priorem, &  
Conversam. S. Petri loci de la Nova Ordinis S. Hieronymi.  
Eccl. decis. 1293. p. 1295. et seq. Card. Seraph. in Valentina  
Decim. 1. Iulij 23. O. Tobis 1598. ac decis. 1380. in Segunty.  
Decim. qd. O. Tobis 1600. (in qua non fuerat legitime pro-  
bata allegata generalis consuetudo, vt ibi legitur sub num. 1.  
vix sicut obstat, ut seq. ob am Tolerant. Decim. 26. Novembis  
1605. coram Iusba pene Marches. de Commiss. par. 2. fil. 59t. Ac  
in alia Tolerant. Decim. 29. Nonembri 1606. coram Oremberg.  
Et in Valentina Decim. 11. Februario 1608. coram bon. mem.  
Legatur. invenit. decis. 12. par. 2. (qua emanauit per con-  
cordias. ne patet ex principio) Et in Conchen. Decim. de-  
cimone 9. Maij 1610. coram bon. mem. V. Baldo in recent. decis.  
270. par. 4. (in qua sicut disputarum dumtaxat de validitate co-  
cordie inter cum illo Capitulo vt in ea legitur.) ac in alijs si-  
milibus. Non elidunt intentionem Collegiorum. Nam pre-  
terquod in illis casibus actuam fuit tantum de alijs particulari-  
bus privilegijs à prefatis Religiosis praeensis, non autem de  
conuictrudine immemorabili Mendicantium, vt appareat ex  
eisdem decisionibus. Immo quando haec fuit particulariter al-  
legata, eniam reiecit ipsius privilegij Rota. concepsit Remissio-  
nem in causa illam. Decim. 27. In eis 1608. coram Oremberg.  
in S. His tamen non obstantibus. ) Placuit Responsio, quod ia  
Articulis pro Collegiis exhibitis deducta fuit immemorabilis,  
non solum uniuersaliter in Regnis Castella, ac Legionis, in  
quibus nonnulla ex predictis Dioceesis existunt, sed parti-  
culariter, & praecipue in Diocessi Hispanen. Ideoq; licet etiam  
ex huiusmodi actibus elici posset uniuersalis, non tamen ex-  
cludens particularis huius. Dioceesis consuetudo, vt bene re-  
spondit Anchore in conf. 255. In causa, & questione que versatur  
sub numer. 3. vers. Ad hoc dico, quod insipisci non potest & seq.  
Cranez. d. conf. 111. num. 16. vers. & licet in Italia, & fuit dictum  
in Carrion. Decim. della per Papam. on ad decis. vle. numer. 10.  
vers. & in una Carrion. de consuetud. in Nou. & comprobat Hon-  
dred. conf. 46. numer. 24. vers. cum consuetudo lib. 2. Quia maximè  
attendi atque preferri debet iux. gloss. fin. in cap. super eo in verb.  
nominis vers. contraria vero ext. de Cens. Batt. in l. 2. sub num. 41.  
vers. irregulare scito quo. C. qua sit long. consuetud. Soc. conf. 7.  
sub num. 6. vers. Praterea & seq. lib. 1. Paris. conf. 25. sub num. 42.  
vers. ex quo consuetudo lib. 4. Rota in Hispanen. Decimorum 18.

Iunij

Tanij 1612. coram Vbaldo Sipen. vers. & in concurſu, & in Cala-  
ritana Decimorum coram Cardin. Caualer. decif. 95. num. 3. vers.  
non autem, & decif. 107. num. 1. vers. Et ideo, & decif. 356. nu. 2.  
vers. quæ confitendo particularis, ac in recent. decif. 169. num. 9.  
vers. quia in concurſu par. 5.

Nec refert quod Capitulum pretendat contrarium probare exte-  
stibus, & alijs. Quia non ideo excludi debent probationes  
Collegiorum, sed perfecto processu videbitur in disputatio-  
ne causæ quæ sint potiores, & præferenda cap. cum Ioannes  
ibid. no. D.D. extr. de fid. instr. Rota penes Bellamer. decif. 624.  
num. 2. vers. De primo casu Mantic. d. decif. 374. num. 3. vers. nec  
probatio, & decif. 785. nu. 5. vers. quo vero ad probationem par. 1.  
diner. ac in recent. decif. 677. num. 5. vers. quibus non obstant p. 1.  
& decif. 229. sub num. 4. vers Atque ex abundanti ac decif. 660.  
num. 4. vers. Nam respondetur par. 2. & penes Buratt. d. decif. 824.  
nu. 7. vers. sicut etiam ac seg. & in Maceraten. pecun. 27. Ianuarij  
1645. coram R.P.D. meo Ottobono in S. fin. Cum præsertim illis  
interea aliqualiter suffragentur administrativa testium in partibus  
examinatorum, quibus concinit relatio Modern. Lusitan. d.  
iur. Eccles. lib. 3. cap. 26. S. 3. sub numer. 35. vers. & quamvis ibi,  
prout in Hispaniarum partibus &c. & d. decif. coram bon. mem.  
Coccino 26. Nouembris 1635. in qua solutiones ab eis coacte,  
& metu censurarum factæ declarantur, ac reprobantur, ne-  
gaturque manutentio Capitulo; Neq; obstat assertio Franc.  
Castil. in eius Tract. de terrib. debitis Regib. Hispan. cap. 36. sub  
num. 53. vers. Tambien suppongo, ibi, y no teniendo exemption los  
Religiosos, las Religiones, y todas las personas Ecclesiasticas pagan  
dieZ mos, vt probauit supra &c. Quia lo quitur de iure commu-  
ni secundum dispositionem sex. in d. cap. 2. S. ceterum de decim.  
in 6. vt legitur paulò supra (quo ibi se refert) num. 43. vers. cum  
alijs Religiosi omnes &c. non autem excludit consuetudinem  
immemorabilem, quæ priuilegiij, ac alterius cuiusq; melioris  
tituli ius præfert, & in ipsam lege Regia præferuat: ex  
presse, vt legitur apud eumdem in cap. 21. & pluribus sequen-  
tibus. Quinimò si eam referet, vel negaret non tamen eius  
assertioni priorius deferendum esset, cum hæc in facto constat,  
cuius ideo contraria probatio rei ciencia non esset Rota  
penes Mohed. decif. 2. & 3. de consuetud. Card. Mantic. dec. 357.  
sub numer. 6. vers. Preterea, vbi reiicitur attestatio Beroi, de  
quodam stylo, seu consuetudine Ciuitatis Bononiæ, & penes

*sanc*t*. mem. Gregor. de c*is* 274. sub numer. 4. vers*f*. nec facit, & seq.  
vbi ce*re*gitur alia simili*s* Cat*a*uit. de con*u*ctudine Regni Ne*politan*at.*

Præterea non obstat, quod Collegia non sint mendicantia, licet Indulso Apostolico fuerint illis communicata aliorum mendicantium priuilegia, qua*s* san*e* communicatio exemptionem à solutione decimarum huiusmodi, quarum non fuit facta mérito, neque explicitè, neque implicitè derogando contrarie Concil. Gen. Lateran*e* Constituti*on*i relat*o* in d. cap. Nuper, extr. de d*ecim*, regulariter non compræhendit.

Quia vetus ha*c* controversia quam ex aliis excitauit Horat. *Mandu*s*.* in eius Tract. de priuileg. ad instar gloss. 2. sub num. 22. vers*f*. Videndum est autem, & gloss 11. sub numer. 24. vers*f*. Quum non obstat & seq*q*. absolu*t* autem Gabr. in cons. 28. à numer. 8. vers*f* Verum & seq*q*. lib. 1. Videtur iam definita per sanct*e* mem. Pium V. in eius Constitutione Incip. Dum indeffusa confiderationis intuitu. in ordine 131. Bullar. par. 2 qua motu proprio declarauit his verbis „illam, & illius Præpositum, ac singulas personas Societatis huiusmodi verè, & non sicut mendicantes suis*e*, e*s*se, & fore, & inter aliorum Fratrum, & Religiosorum mendicantium Ordines, aliosq*q*. Fratres, & Religiosos mendicantes connumerandos, prout illos Nos connumeramus, & connumerari debere; ac omnes, & singulas, tam iuris, quam bon*u*n*m* dispositio*n*es in favorem Religiosorum, sc*u* Fra*r*um mendicantium nunc, & pro tempore emanatas, etiam in Societate, illus*u*que Domibus, Collegiis, Præposito, & aliis Religiosis locum habere &c. vt habetur in ea in §. 2. Ha*c* enim sunt m*embra* Societatis pro scholasticis approbatis principaliter instituta, qui cert*e* sunt person*e* Societatis, & de corpore illius, vt legitur in Constitutionibus eiusdem par. 5. cap. 1. ibi, sed quia scholastici approbatis etiam modo quodam interiori, quam admissi ad probationem in corpus Societatis computantur & in Declaration, sub litt. A. ibi, secundo modo, qui minus lat*e* patet, Societas cum profess*o*s, & coadiutoribus format*o*s etiam scholasticos approbatos continet. Ex his enim tribas partibus, seu membris Societatis corpus constat. &c. P. Molin. de tuf. & Iur. tom. 1. disput. 139. in vers*f*. Cum Societas nostra &c. Et licet nec dum fuerint inter profess*o*s recepti, ramen quantum in eis est, & professionem emittere parati, (si id Præpositus Generales Instituto Societatis congruere indicaverit,) & in perpetuum Dei servitio consecrari, ac sua forte

contenti sunt, prout idem exigit institutum par. 5. cap. 4. §. 5.  
Ideoque in merito emissis tribus votis simplicibus, sunt veri,  
ac proprii Religiosi ipsius Societatis, illique ex parte sua  
proflus affecti, & obligati, ac eius meritorum, & priuilegio-  
rum participes, non secps: ac ipsi professi effecti fuerunt, vt  
habetur in Constit. sancte mem: Gregor. XII. Incip. Quanto  
fructuosius in vers. Edicte eos & vers. sed etiam alios omnes,  
& quoscunque. Dat. anno 1582. Kal. Februarij in praefato  
Libro Priuilegorum Societatis fol. 214. ac seq. Et in alia eius-  
dem Pontificis Incip. Ascendente Domino, in vers. Et licet  
in vers. & non modo eos. ibid. fol 222. Dat. anno 1584. viii.  
Kalen. Iunij in Bullar. part. 2. inter eius Constitutiones 89.  
P. Molin d. disput. 139. in versit. non solum autem professos &c.  
Nauar. consil. 8. sub numer. 4. vers. longe tamen &c. de Regular.  
Bona vero illis ex instituto permitta, non habent tanquam  
propria etiam in communis, sed sub administratione, &  
gubernatione omnimoda eiusdem Praepositi, debentque esse  
parati etiam ostiati mendicare quoties obedientia, vel ne-  
cessitas id exegerit, vt habetur in examin general. cap. 4. §. 1. &  
seq. & §. 27. Ad hoc, & vers. quandoquidem. Et in Constit. par. 3.  
cap. 1. §. 7 Vt experiri, & §. 25. Diligant omnes paupertatem,  
& par. 4. cap. 2. §. 5. Possessionem Collegiorum ibique in Decla-  
rat. ist. C. vers. Societas §. 7. uers. eunc enim, ac p. 6. cap. 2. §. 10:  
& in Summar. Constit. Reg. 24 & in Constit. sancte memor.  
Pauli III. Incip. Regimini milites Ecclesie in vers. Posunt  
tamen habere. Dat. anno 1540. v. Kal. Octobris in Bullar.  
par. 1. inter eius Constit. 25. & Iulii III. Incip. Expositi debi-  
tum Pastoralis officii vers. que Collegia. Dat. anno 1550. 12.  
Kal. Augusti in eadem Bullar. par. 1. Constit. 9. Roderic. ques.  
Regular. tom. 1. q. 2. art. 9. ad fin. vers. Prete ea. P. Molin d. disput.  
139 vers. Illi, qui finito probationes tempore. Sarez de Religion.  
tom. 4. lib. 4. cap. 5. sub num. 11. vers. Nihilominus certissimum est,  
ac per tot. Sanchez. ad Precept. decalog. lib. 7. cap. 27. sub num. 33.  
vers. quartu & num. 38. vers. nono. Ita vt neque Capitulum ha-  
bere, neq; capitulariter ad quævis peragenda congregari pos-  
sint, sed omnis facultas celebrandi pro eis quoscunque con-  
tractus penes prefatum Praepositum Generalem resideat, vt ca-  
uetur in alia Constit. sancte mem. Pii V. de anno 1568. 3. Kal.  
Maii in predicto Libro Priuileg. Societatis fol. 106. & seq.  
Incip. Innumerabiles fructus. Atque etiam eadem bona, &  
reddi-

redditus in iudicio, cum id conueniens, vel necessarium fuerit defendendi, ut habetur in *Declarat. ad d. 4. par cap. 2. S. 5.*  
*sub l. 1st. C. uerse. Societas in usum scholasticorum suorum &c.*  
Propterea que Sanctus ille Pontifex omnibus attente penitatis  
Societatem ipsam indefinitè, ac singulas eius personas indi-  
stinctè, verè, ac non sicut mendicantes, eoque nomine cum  
omnibus eius Domibus, Collegijs, Præposito, ac ceteris Re-  
ligiosis tanquam vnius corporis membra vni subordinata ca-  
piti, cuius summum, p[re]cipuumque Institutum in arctissima  
paupertate est constitutum, sub quavis Iuris, ac hominis di-  
spositione comprehendendi declaravit in d. S. 2. eisdemque om-  
nibus, & singulis privilegijs, immunitatibus, & exemptioni-  
bus, facultatibus, concessionibus Indultis, indulgentijs, re-  
missionibus, gratiis, & litteris, ceteris quibusunque mendic-  
antium ordinibus quomodolibet concessis, & concedendis  
liberè, ac licite vti, frui, potiri, & gaudere in S. sequen. Non  
quidem per verba futuri dumtaxat temporis, sed & præteriti,  
ut legitur in d. S. 2. ibi, verè, & non sicut Mendicantes fuissent  
esse, & fore &c. ad in S. 3. versus finem, ibi, concessis, & conceden-  
dis antea posuerunt, & nunc, ac in futurum &c. possint liberè, vti,  
frui, potiri, & gaudere &c. Ut quisque intelligeret iusum  
nouam non addere Societati qualitatem, ac priuilegium, sed  
illi insitam explicare ad l. baredes palam S. si quid post factum te-  
samentum f[ac]tum de testam. Bald. in l. non dubium sub num. 2. versc.  
tertio nota. Cod. de legib. Oldrad. conf. 263. Dominus Egidius sub  
num. 3. vers. His prmissis ac seq. Rora decisi. 502. sub numer. 15.  
vers. Denum adegit declaratio par. 1. ac decisi. 414. num. 17. vers.  
seq. est verum ac seq. par. 5. recent.

Quare nec videtur de hoc Amodio dubitandum stante huiusmodi  
Pontificis (ad quem spectat) declaratione, quæ pro lege ser-  
uari debet *Imol. in Clem. 1. sub num. 9. vers. secus si narravit abi-*  
*quid, quod consistat in Iuris effectu &c. de probat. Gabr. Com:*  
*Concl. lib. 1. de probat. Concl. 1. num. 37. vers. Primo sublimata.* Et  
ita in hac questione concludunt *Swarez. de Religion. tom. 4.*  
*lib. 4. d. cap. 4. sub num. 11. vers. Imo quod mains est, & cap. 7. in-*  
*fin. vers. Denique ob hanc causam & tom. 5. de Censur. disput. 22.*  
*sect. 5. num. 16. vers. Rursus, ibi, omnes autem dicti sunt verè, &*  
*propriè Religiosi Mendicantes, ut satis declarat Pius V. in eadem*  
*Bulla &c. fol. mihi 430. col. 1. & Sanchez. ad precept. Decalog.*  
*lib. 6. cap. 7. sub num. 17. vers. Dictis ex parte contrarius est in fin.*  
*& ex*

& ex alijs Bonacini de Clauſor. q. 2. punc. 9. S. 5. diffe. d. S. quicquid  
sequitur in fin. & Moderni Secul. in tract. de donat. conceiplat. ma-  
trim. factis tom. 1. discurs. par. 4. sub num. 5. vers. omnes. verò ac  
seq. & alij DD. Regnical.

Nec mirum quod in dubium id renocauerit Horat. Mandos. in d. tract.  
de Privil. ad Inſtar d. gloss. 2. in fin. & d. gloss. 11. sub num. 24. &  
seq. ac Roderic. que dicit. Regulat. tom. 3. quod. art. 2.

Quia ille non scriptis super hac Constitutione Pij V. sed super  
alii quadam sancti mem. Pij Quarti Dar. sub die 25. Novem-  
bris 1565. relata in alia eundem Pij V. Incip. Aequum reputa-  
mus. & rationi consonum in prædicto libro Priuileg. Socie-  
tatis fol. 96. & seq. vt. apparet ex prefatione d. Tractat. & ex  
verbis ipsius Bullæ ibidem relatis ante primam glossam. Neu-  
ter autem certam habuit notitiam id omnium Constitutionū,  
ac Litterarum Apostolicarum Societatis, vt fatetur uterque  
primus scilicet d. gloss. 2. sub numer. 2. 3. vers. credo tamen. Alter  
verò d. q. 2. art. 9. in fin. vers. Hac dicta sunt. Indeque altera re-  
pedit eorum æquinoctio, dum assertunt scholasticos appro-  
batos non esse verè de societate, sed in via ad illam; Quia id  
intelligitur de societate sumpta in primo, vel secundo gradu  
scilicet Professorum, seu Coadiutorum formatorum, qui licet  
in ea sint præstantiores, non tamen soli eius integrum corpus  
constituunt, sed aliud quoque prædictum scholasticorum  
membrum concunxit, v. explicatur in d. Declarat. ad Constit.  
par. 5. cap. 1. sub litt. A. vers. secundo modo, & vers. quare hu-  
ijs nominis &c. quæ sane declarationes vim habent Constitu-  
tionum, vt statuit idem sanct. mem. Paul. III. in eius Con-  
stit. Incip. In iunctum Nobis desuper Apostolica seruitutis of-  
ficium, in vers. Ac quod quascunquè Dar. anno 1543. Pridie  
Id. Martij & Iulius III. in d. Constit. Incip. Exposcit debitum  
Pastoralis officij. in vers. qui quidem Præpositus Dar. anno  
1550. Duodecimo Kal. Augusti, & alij Pontifices successores  
& firmavit Rota in Romana legati 10. Maii 1617. coram Baratt.  
decis. 245. sub num. 11. vers. Declarationes adiun.

Et ex prædictis tollitur etiam aliud obiectum; quod scilicet praefata  
consuetudo suffragari non possit Collegijs d. Societatis, cu-  
jus approbata Institutionis initium apparet ex allegata Bulla  
sanct. mem. Paul. III. Dar. Quinto Kal Octobris anno 1540.

Quia si probetur articulata in memorabilis ad fauorem omnia  
Religionum Mendicantium, hæc ipsa viuens saluer inquit  
fauore

fauore Ordinis mendicantū introducta , videtur comprehendere Religiones mendicantes successiū institutas , non tamen vigore communicationis priuilegiorum , ut per Horat. Mandos. in d. tract. de Priuileg. ad infra. gloss. 15. à num. 59. vers. Videtur quoque est , & seqq. usque ad fin. & Roderic. quæst. Regular. tom. 3. q. 51. art. 2. vers. Secundo his &c. attenta præfertim verborum amplitudine , quam bene perpendit idem Mandos. in d. tratt. gloss. 14. sub num. 1. et 2. Quam iure proprio , vt in specie tradidit idem Mandos. in d. tratt. citat. gloss. 11. sub num. 19. vers. Si ergo Societas &c. et Roderic. quæst. Regular. tom. 3. q. 49. d. art. 2. in §. Vnde ex hoc concludendum est , vers. Si ergo Societas . Quia cū illa non solum priuilegij , sed legis etiam vicem obtineat l. 1. §. fin. vers. si tamen et in l. in summa in princip. ff. de aqu. plur. arcend. l. hoc iure §. 1. vers. Ductus aquæ ff. de aqua quotid. et aet. Id est facilius comprehendit etiam futuras , ac postea institutas ad l. Ariani §. cunctis quoque legibus C. de Hæret. & Manich. gloss. in cap. Vnic. in verb. mendicantes in fin. vers. qui enim similem de excess. Prelat. in 6. Barc. in homines populi sub num. 64. vers. Si vero continet ff. de iust. et iur. Alex. consil. 178. In occurrenti casu sub nu. 13. vers. ego pro hoc adducolib. 2. Cast. in cons. 372. Quantum ad illam paragm. Docis sub numer. 2. vers. et quod not. per Cyp. lib. 1. Socium. cons. 76. sub numer. 100. ad fin. vers. vel quia dico lib. 1. Nasc. cons. 160 sub numer. 23. vers. Respondeture et sequitur Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 6. sub numer. 19. vers. quod clarius procedit et supra sub num. 13. vers. Idque non mirum etc. & comprobatur ex decis. Puth. 150. sub num. 5. vers. tamen istis non obstantibus lib. 1. et decis. 8. et num. 27. vers. Imò quod in fortioribus , ac seq. et decis. 265. num. 40. vers. et cum priuilegiū ac seq. et decis. 325. nu. 12. vers. et tale priuilegium part. 5. recent. ac sequitur Valençuel. cons. 79. à nu. 100. vers. nam quoad primum et seq. et latius probat in cons. 146. num. 30. vers. quare ius per talē memorabilem .

Non obstat iñsuper , quod licet allegata Consuetudo in Diœcesi Hispalen. vigeret , non tamen Societati , eiusque Collegijs prodeste posset , cum in dictis Litteris sancti. mem. Leonis XI. fuerint abrogatae quæcunque contrarie Consuetudines generales , vel speciales , ac etiam particulares eiudem Societatis , vt in eis legitur in §. Non obstantibus præfatis &c. Quibus latè verbis hanc quoque licet non peculiare in Societatis , sed cum alijs mendicantibus communem fuisse comprehensam . Ideoq;

Ideoq. inutilem omnino fore , ac proinde irreleuantem eius probationem assertur,

Nam hæc obiectio altiorem præsesert indaginem , quæm suscepit disputationis postulat ratio ; Ideoque in propositione alterius dubij super meritis cause erit maturius discutienda . Interēt vero ad effectum , de quo agitur in præsentia satis visum fuit Dominis , quod ex lectura carumdem litterarum apparet tam in parte narrativa , quam dispositiva Pontificem intendisse literes , ac controversias inter partes tenuerentes super proprijs Societatis Priuilegii ibi nariatis , quibus Collegia prætendebant abuti in maximum Capitulorum , & Parochialium Ecclesiarum præiudicium , finire , ac terminare , vt legitur in S. cum itaq. scuti acceperimus . & in S. Nos qui inter Ecclesiasticas personas &c. Constatq. etiam , quod in illis libibus , ac controversiis actum fuerat tantum de exemptione per Societatem prætentis vigore dictorum eius priuilegiorum particularium ex attestatione Rota in d. dec. 645. numer. 4. ver. sc. considerarunt etiam Domini . & ver. sc. Certumq. eß par. 3. recent. idemq. assertit referens processus ipsos Valenzuel. consil. 151. in princip. ver. sc. Ad quod presuppono . Quare non videtur ea Constitutio , siue Decretum ob amplitudinem Clauſularum derrogatoriарum , quæ fuerunt appositæ in parte executiua in S. Quo circa Venerabili fratri &c. extendi posse ad reuocationem aliorum , de quibus nec in præcedentibus libibus actum , nec in ipsis litteris mentioni villa facta fuit Calder. consil. 11. sub num. 1. ver. sc. nec obſtar. quod ſufficiant generales Clauſulae de Priuileg. Paris. cōſ. 141. numer. 15. ver. sc. Iterum in huic modi diſpositione lib. 3. & firmanit, Rota d. in dec. 645. n. 3. ver. sc. Responderunt enim Domini . & seqq. par. 3. recent. ſed ad limites ipius principalis diſpositionis reſtingi , ac moderari debere Clem. 1. ubi gloss in verb. Animarum cura vers. sed hec clauſula & inſtr. in verb. gratia. ac DD. de Prabend. Rot. apud Card. Seraph. d. decif. 1293. num. 7. ver. sc. non obſtar. quod derrogatum fit ac seq. & 3. me. Gregor. decif. 159. n. 6. ver. sc. & non faciunt Clauſula derrogatoria. ac seq. Reuerendiſ. Vr- gellen. decif. 48. numer. 22. ver. sc. Non obſtar ante ſecundo & in recent. decif. 103. sub num. 5. ver. sc. Derogatio e. in & decif. 111. numer. 4. ver. sc. & non faciunt Clauſula derrogatoria par. 2. & decif. 68. n. 3. ver. sc. non obſtar quod Papa par. 3. & in decif. 604. num. 6. ver. sc. Non obſtan Clauſula generale derrogatoria par. 4. Non enim potest quæuis Clauſularum prægnantia ſupplere intentionis defectū circa

circa ea , quæ in facto consistunt quorum non constat Principem habuisse notitiam cap. 1. de Confite. in 6. Paris. consil. 1. n. 96  
versic. Prout etiam dicimus, lib. 1. Cardin. Scaphin. d. decis. 1293.  
num. 6. uers. non obstante. Clausula privilegiorum & S. mem. Gregor.  
decis. 164. a. n. 7. uers. præseruit & seqq. & in rec. dec. 666. sub n. 7.  
uers. sed difficultas esset ac seqq. par. 1. & decis. 739. num. 5. versic.  
Prædictus autem defectus par. 2. Eoque minus ad tollendam  
consuetudinem immemorabilem , cuius expressa mentio re-  
quiritur , ita ut sublata etiam quacunque consuetudine illa  
non censeatur regulariter abrogata Paris. consil. 101. sub n. 84.  
versic. quæ prescriptio & seqq. lib. 1. & consil. 25. num. 17. uers. Ita  
enim prescriptio . & seq. lib. 4. Rot. penes. Burat. decis. 435. num. 1. 5.  
uers. secundo dixerunt D.D. ac seq. & in specie ex prædictis ratio-  
nibus fuit resolutum in Placentin. Canonizat. coram bon. mem.  
Cocc. in recent. decis. 614. num. 1. par. 2. confirmata decis. : 86.  
par. 4. ac decis. 257. ead. par. 4. tom. 2. & decis. 71. par. 5. R. cleric.  
quæst. Regular. tom. 1. q. 9. art. 5. in fin. uers. & aduentendum . Et  
licet fuerit etiam derogatum priuilegiis , ac indultis , non ta-  
men fuit derogatum pacis , & conuentionibus legitimis , quæ  
sub eiusmodi generalibus verbis non comprehenduntur cap. ex  
multiplici. exer. de decim. & propterea cum h. ec quoque illi clu-  
dantur sub ipsa immemorabili , ita ut eius vigore allegari pos-  
sit quicunque melior titulus de mundo Rota. consil. 42. n. 28.  
uersic. quia à pari procedunt. & seq. lib. 1. & consil. 66. num. 40. uers.  
secunda est conclusio. ac seq. lib. 2. Menoch. Pref. 131. num. 44. uers.  
Huc facit lib. 3. Crauett. consil. 4. num. 13. uers. quia consu. do Ro-  
ta in d. Nonantul. Bonor. coram bo. mem. Card. Mant. in S. proinde ,  
qui habet immemorabilem in uers. Igitur , potest allegare etiam  
dactum , & in S. neque etiam refragatur uers. & consuetudo , cum  
illis relatis per Modern. Roman. discept. 800. sub num. 2. uers.  
tanquam ob spatum tanti temporis ac seq. Ideò nec illi deroga-  
tum fuisse videtur , vt in his terminis , dum agebarat de rele-  
vantia articulorum ad effectum concedendi Remissoriam ien-  
sit Rota d. decis. 286. sub num. 2. uers. nam fuit responsu. & sub  
num. 3. uers. & quamvis diceretur par. 4. recent.

Neque videtur concludens argumentatio ex eo deducta , quod cum  
S. mem. Gregor. XV. moderando dictas litteras decretuerit  
Societatem , eiusq. Religiosos non teneri Decimas soluere ,  
nisi prout cæteri Mendicantes soluere consueuerunt. Vtba-  
nus autem VIII. S. mem. reuocata moderatione illarum te-  
norem

norem obseruari statuerit, hinc constet suisse per S. mem. Leonem abrogata non solum consuetudines, & priuilegia particularia Societatis, & que ex eis procederent, sed ea etiam, quæ cum alijs Mendicantibus habebat communia.

Quia certum est, quod dicta littera Greg. XV. emanarunt solo, peculiariter sapore, & pro maiori commodo, ac beneficio Societatis, ideoque nullo passo retorqueri debent in eius odium prout manifeste continget si ex eis efficaciter deduci possit huiusmodi illatio; adeo prejudicialis Societati, quod admittendum non est. Si mancij p[ro]fundit, iur. l. quod favore ibique glossa in uero distingue ac Baldini principi uers. item in favore introducto per Principem C. de legib. Ias. in l. si Ruffinus sub num. 5. uers. Et quatenus, C. de res[pons]o milie. Dyn. consil. 52. super eo, quod queritur sub num. 8. uers. sed priuilegium in fin. ac nu. 8. & pul. respondet Oldrad. consil. 228. quod Eccl[esi]es Predicatores num. 5. uersic. non obstat Paris. consil. 19. num. 46. uersic. nam dicta uerba lib. 1. & d. consil. 143. num. 14. uers. Et quia Et u[er]o lib. 1. Mando de Priuileg. ad instar gle. 8. numer. 8. uers. nam priuilegium Decian. consil. 1. sub num. 140. uers. quia respondeo lib. 3. Frant. Cald. d[icitur]. iur. emphy. lib. 1. quæst. 3. lib. 1. quæst. 3. num. 3. uers. quoniam renuntatio & fuit dictum in Ariminien. Castror. 14. February 1642. co[r]am Reuerendissimo D. meo Decano in S. Verum etiam quia &c. In alijs vero posterioribus S. M. Vrbanus nil aliud intendit, (vt ex eis apparet) nisi casde[m] Leonis litteras renouare, remque ipsam ad earum terminos prorsus reducere, sublato quoquis speciali priuilegio, si quod ex Decreto Gregorij Societati contra earum tenorem sureruerisset; Non autem grauiora illi voluit inferre prejudicia, nec ea tollere beneficia, quæ non fuerant pet Leonem abrogata, vt potè cum aliis mendicantibus communia, prout etiam resert Modern. Lusitan. in eius Tratt. de iur. Ecclesiastic. lib. 1. cap. 41. num. 195. S. 4 solutione. uers. Tamen Vrbanus Octauus.

Nec inde sequitur alia illatio nuperadducta, quod scilicet Decretum Leonis eset inutile, quando Collegia, circumscriptis particularibus Societatis priuilegijs, frui posseat adhuc communibus cum aliis Mendicantibus. Quia longè maiora resultabant illis beneficia ex particularibus priuilegiis, ob quorum amplitudinem a decimis pretendebar immunita quæcumque bona etiam extraneis locata, vel ab extraneis conducta, vt ex eodem Decreto colligitur; Quam ex adducta consuetudine cum

etiam ceteris Mendicantibus communis, quæ angustioribus terminis circumscripta ea omnia non complectitur. Satis est autem ad euitandam obiectam superfluitatem, quod Breue aliquid operetur cap. cum dictus. S. quia nobis versic. ceterum ex ea de consuetudine. Cepit. consil. 104. num. 17. versic. Septimo responsore. Surd. consil. 371. num. 47. versic. & sufficiens Rosa. dict. decif. 645. num. 4. in fin. de inst. par. 3. & decif. 527. sub numer. 8. versic. Et superflua et cetera. par. 4. recent. & penes Burat. d. decif. 435. num. 7. versic. Quia nec propter re. &c. addens, quod potius tolleranda fotorum persistuitas, quam tollatur Ius ecclesiæ super pactis, & consuetudinibus fundatum; sed de his alias (ut premissi) agendum erit in disputatione dubij principalis.

Non obstat demum, quodiam plurimi fuerunt super eisdem ferme Articulis examinati testes in partibus, eorumque didicita testificata, ideoque nouum examen admitti non debat.

Quia (præterquod nec testium multitudine facessit negotium, quippe fuerunt examinati ad probanda gesta in quampluribus & diversis Oppidis, ac locis amplissime Dioecesis, ut fuit responsum in Siracusan quartæ 1. Februario 1593. coram bo. me. Gypso. in S. non obstat, quod Episcopus examinauerit. & in Tolestan. Decimars. 28. Februario 1614. coram Card. Causal. in qua fuerant pro parte Archiepiscopi petentis remissoriam examinati in antecedentibus instantijs centum quinquaginta quatuor testes, ut legitur in eius decif. 289. à num. 1. vers. & licet. ac seq. & in Pacen. Decimars. 12. Iunij 1615. coram bo. me. Mandando in recent. decif. 183. par. 4. Nec eorum publicatio nocet Societatis Collegijs, quibus saltem ope restitutionis in integrum consultum esset Afflit. decif. 216. num. 2. ver. semper fuit praedictata. Gabr. com. concl. lib. 1. sit. de testib. concl. 21. numer. 48. versic. amplia nam idem. Rot. in seguntin. media annat. 12. Iunij 1598. coram bo. mem. Litta & in d. Tolestan. decimars. coram Seleno. d. decif. 715. num. 2. in fin. par. 3. recent. vbi referuntur concordantes.) Visa fuit cessare omnis difficultas, quippe Articuli modo exhibiti non sunt iudicem prorsus cum primis in partibus productis, sed substantialiter differentes. In illis enim non fuit deducta immemorabilis cum necessarijs requisitis, sed longissima possessio, siue præscriptio à quadraginta, & pluribus annis citra, ut appetat ex eis, ac depositionibus testium tunc receptorum. In his autem deductis fuit explicitè immemorabilis

bilis in eius formalitate. Ideoq; negari non potest eorum admissio, ac Remissioria concessio iux. theor. Abb. in cap. fraternitatis sub num. 8. in fin. vers. quedam sunt, que non comprehensum datur ex parte testib; Rota penes Aegid. decis. 725. num. 2. uers. simo- do articulij non bene specificant in prima instantia. Et Samc. Greg. d. decis. 191. num. 3. uers. Non obstat. Et Card. Caualer. decis. 369. sub numer. 2. uers. neque videtur obstat. Et Coccin. decis. 223. personae et in recent. d. decis. 483. num. 3. uers. Utterius licet ea. p. 4. & in his terminis fuit res ponsum in d. Anconitan. penes Burat. decis. 392. sub n. 1. uers. non obstat publicatio processus. Et sequentia letan. decimar. coram Selecione in recente d. decis. 715. nu. 2. uers. non obstat fuisse examinatos alios testes par. 3. ac in alijs.

Postremo non obstat, quod agatur de executione litterarum Apostolicarum, quae ob exceptiones requirentes altiorem indaginem retardari non debet.

Quia procedit obiectio, quando litteræ Apostolicæ sunt vndiq. clarae, nullamq; requirunt interpretationem, vel liquidationem; prout in casu proposito requiritur, in quo cum S. me. Leo præmissa expositione priuilegiorum particularium Societatis tantum, ac litium, eorum occasione vertentum iusserit Decimam, ac vigesimam respectivè solui omnium rerum que de Iure, vel consuetudine decimati solent Ecclesijs qui bus alioquin circumscripsit dictis priuilegiis Decima persolai deberet &c. Hac vtique ipsa earundem verba eiusmodi discussione preseferunt, ut cohisteret de quibus rebus, quibusque Ecclesijs; circumscriptis priuilegiis praeditis de iure, vel consuetudine Decimae erant soluendæ. Quibusq; priuilegiis, ac consuetudinibus fuerit ibidem derogatum, Quorum sane congrua determinatio necessariam facti probationem precedere postulat, ut certior inde resulteret iuris decisio iux. l. se ex plagiis S. in Climo, ibi, Respondi in causa Ius esse postquam ubi gloss. in uer. in causa aff. ad l. Aquilab. Indices. C. de Iud. l. 1. in princip. ibique gloss. in verb. probatis his C. que sic long. consuetud. d. cap. fin. 30. q. 5. Ideoquæ omnino admitti debet etiam si longiorem dilatationem exposcat, cum oriantur, & prodeat ex ventre. ipsorum litterarum iux. theor. Bart. in l. 1. S. et parvi resert. sub nu. 5. uers. aut aliae exceptiones descendant. ff. quod n. 1. aut. clam. Rota. penes Card. Seraph. decis. 980. sub num. 12. uers. non obstat. quod diceatur et seq. ubi quod alias pars gravatur et Burat. decis. 122. n. 2. uers. se ista exceptio ac seq. in Recent. decis. 728. num. 2. et uers. Et

*Sic excepit par. 2 et 348 sub num. 2 uers. facit; quod ista exceptio par. 3.*

Prædicta vero latius fortè, quam propositæ questionis exigere soluto coacti fuerunt Dominij assiere, ut emergens hæc disceptatio, iam tres ferè annos variis partium argumentationibus agitata fileat tandem, ac terminetur. Cum etiam in dubio equius; ac tutius sit probandi facultatem concedere, quam guardare legoniam multis in fin. C. de heret. et Manib. cum concord. penes Buratt. decis. 28. num. 3. uers. & Rota. & d. decis. 656. num. 5. uers. & nibilominus. & Coccin. decis. 20. sub num. 4. uers. seqq. libentius & in recente decis. 503. sub num. 2. uers. & Rota par. 2. & d. decis. 277. num. 4. uers. præterea par. 3. ac decis. 240. nu. 6. uers. Atq. in hanc sententiam par. 4. tom. 2. sufficit enim ad hunc effectum probabilis relevantia Iudicis arbitrio pentanda Bald. in cap. licei causam num. 33. uers. dicitur tamen ex ir. de Probat. Ros. penes Cassador. decis. 3. sub nu. 1. uers. que remissio non negatur de dilat. & Card. Mantic. decis. 312. sub num. 10. uers. Unde remissoria. & Card. Gaucler. decis. 232. num. 2. uers. nam Rota non soleat. & decis. 105. nu. 1. uers. presertim & seq. par. 4. uivers. ac in recente decis. 41. num. 1. uers. cum in ijsi terminis par. 7. que in hoc casu ex prædictis visa fuit Dominis resultare. Necessaria vero, atque concludens ad definitionem causæ refertur post factas probationes Veral. decis. 61. sub num. 1. uers. sed hot. indicari debet & seq. par. 3. San. mem. Gregor. decis. 124. num. 3. uers. quanquid autem. Quo tempore præmissa quoque, ac alia à partibus adducenda denud (prout opus fuerit) discutentur. Nè autem diuinus quam par sit probationes differantur referendarum Domini eorum arbitrio facultatem prosequendi ihereta, vel retardandi disputationem dubii principalis, ac processum ad ulteriora, ut factum fuit in d. Anconian. seu Aximana flor. 26. Aprilis 1613. coram Buratt. decis. 392. in fin. uers. Verumquid. & in Theatin. seu nullius Abbat. 15. Martis 1641. toram R.P.D. meo Bichio ac in aliis.

Atque ita sicut cœpulum concedendam esse Remissoriæ cum retardatione, vel sine arbitrio &c. Vtraq. parte informante &c.